



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

3. Quomodò Deus punit adulterium hîc & in futuro.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

Est quoque furtum maximum, quod legitimi committunt, dum corporis sui ius non habeant viri, sed mulieres, & è diuerso, 1. Cor. 7. ideò se non debent defraudare, aut dare occasionem maligno. Sic exigit Deus, quòd ex omni parte viuamus honestè & continenter, & cubile impollutum custodiamus. Ideò ruperitudo non debet nominari in vobis, nedùm perpetrari, Ephes. 5.

Tertiò, tradunt sacræ literæ, quàm grauis sit ira Dei aduersus hoc peccatum: quare maxima cæcitas est, nò timere æternas & corporales pœnas: causa diluuij fuit libido Gen. 6. Sodoma cõflagrauit propter nefariã impuritatem, Gen. 19. Ciues Sichem interfeciti sunt propter stupratam filiam Iacob, Genes. 34. deinde in deserto propter libidinem vna die 25. millia hominũ perierunt, Num. 25. Postea verò tota tribus Benjamin deleta fuit propter stupratam Leuitæ vxorem, Iudic. 19. Filij Heli propter adulteria perierunt, 1. Reg. 2. adulterium Dauidi atque huius regno maximas calamitates attulit, 2. Regum 12. & vltimo: Samsonem quoq; fortissimum meretricius amor captiuauit. Ostendunt pœnas huiusmodi flagitiorum etiã gētium historiæ. Troia propter adulterinum raptũ Helenæ euersa est, Romana respublica tota mutata est propter oppressam Lucretiã. Aiũt quoq; Constantinopolim ante captiuitatem horribilibus sceleribus pollutã fuisse. Certissimum enim signum est imminenti exitij Imperijs & ciuitatibus, quandò ad ipsa vitia accedit impunitas & contemptus peccati, sicut Esai 3. Peccatum suum sicut Sodoma prædicauerunt. Cùm talis est licentia peccandi, sciamus non procul abesse pœnas. Apostolus igitur cū primis multas conciones facit cõtra huiusmodi libidines, vt ferè nullũ aliud vitium plũs carpsisse videatur, vt quòd grauiter à Deo puniatur. Ephes. 5. fornicatio & immunditia nec nominetur in vobis, Gal. 5. opera car-

nis sunt scortatio, adulterium, immunditia, &c. et
 addit ibidem. Qui talia agunt, regnum Dei non posside-
 bunt. Col. 3. fornicatio & impudicitia &c. propter
 quæ venit ira Dei in filios inobediētes. 1. Thes. 4. Hoc
 est volūtas Dei, sanctificatio vestra, vt abstineatis vobis
 à fornicatione, Heb. 13. Scortatores & adulteros in
 dicabit Deus, & 12. Pacem sequimini cū omnibus
 sanctimoniā, sine qua nemo videbit Deū. & 5. Pet. 2.
 Apostolus exaggerat libidinis peccatum præ ceteris
 peccatis, & significat præcipuè puniri homines pri-
 uatim & publicè. Iniustos, inquit, ad diē iudicij refer-
 uat, maximè verò ambulantes in concupiscentia im-
 munda iuxta carnē. Tenentur ergò magistratus puni-
 re libidines, iuxta illud 1. Tim. 1. Lex iniustis est pro-
 sita, nā magistratus est custos legis, & debet non solum
 libidines, sed his vicina peccata prohibere, quæ
 illis occasionem dant, vt ocium, luxus, intemperan-
 tia, vt propheta ait Ezechiel 16. Hæc fuit iniquitas
 Sodomæ, ocium, saturitas, abundantia, superbia, &c.
 manū egenti non porrigebant: idè fecerunt abomi-
 nationes, propter quas deleui eas. Sunt enim gradus
 libidinum, & etiam in pœnis illarum sunt gradus, vt
 habent exempla sacrarū literarum. Vt igitur hic pro-
 pheta adiūgit vicina peccata, ita in hoc præcepto pro-
 hibentur omnia peccata illa seu vitia, quæ alunt libidi-
 nes, vt ebrietas, ocium, &c. Implemus autem hoc
 præceptum sic & Dei cultum facimus, quādò primo
 agnoscimus immunditiam nostram, & statuimus si-
 de Deum propitium nobis fore propter Christum, &
 incipimus Deo obedire in hoc præcepto, sic vt timo-
 re Dei & propter Deū repugnemus affectibus qui ad
 libidines incitant, & abstineamus à fornicatione, &
 adulterio, &c. & coniugio honesto vtamur secundum
 illud Pauli 1. Corint. 7. propter supra vitanda &c.
 Hæc inchoatio obedientiæ placet Deo, & sua habet
 præmia, sicut patet in Iosepho Genes. 39. qui noluit
 forn.

fornica-
 Deum, &

1. Quæ
 nia

2. Quæ
 tri-
 rum

3. Quæ
 con-

V

Deus, in
 eum fine
 picaretu
 cum Deu
 pulatio fi
 quamlibe
 masculo
 obstat im
 dam à cor
 uina ordi
 pinquitar
 hibetur e
 sonæ pro
 Mater, ne
 filij mei f
 ne non p

fornicari & cetera. & de Susanna Daniel. 13. illi timebant Deum, & ideo abstinebant.

CAPVT XV.

ARGVMENTA.

1. *Quae persona possunt contrahere matrimonium.*
2. *Quod parentes non debent cogere filios ad matrimonium illius aut alterius personae, sed liberum permittere.*
3. *Quod filij sine parentum consensu non debent contrahere.*

Matrimonium est combinatio animorū ex consensu viri & mulieris, ac cohabitatio secundum Dei ordinationem, usque ad mortem. Rom. 7. Mulier mortuo viro soluta est à lege, Gen. 1. benedixit eis Deus, inquit: Crescite & multiplicamini. & in eum finem, ut crescerent, & genus humanum multiplicaretur, creauit eos masculum & foeminam. Et cum Deus instituerit matrimoniū, vult etiam ut copulatio fiat honestè & cum ordine, ut masculus non quamlibet personā ducat, nec quilibet persona cuius masculo nubat, sed licitum sit tantum eis, ubi nullum obstat impedimentū. Prohibetur ergo personae quaedam à contrahendo cum aliquibus matrimonio, ex diuina ordinatione & precepto propter sanguinis propinquitatē & affinitatem: Deinde quaedam personae prohibentur ex lege humana & ordinatione Ecclesiae: Personae prohibita à Deo, sunt octo, ut Leuit. 18. scilicet Mater, nouerca, soror, soror nouerca, soror matris, filij mei filia vera vel priuigna, soror patris: haec personae non possunt à quoquam duci ex diuina ordinatione